Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



81

usq; ad terminos dabit. in valle quoq; bethaa
raam. bethanamra. & sochoth. & saphon. re
liquam partem regni seon. regis esebon. Hui
quoq; iordanis finis est usq; ad extremam
partem maris cenereth. trans iordanem. ad
orientalem plagam. Hec est possessio filiorum
gad. p familias suas. ciuitates & uille earum.

Gad Accinctus uel latrunculi. uel repta
tio interpretatur: p quę sctorum confes
sorum ordo figuratur. ad laborem pdica
tionis accinctus. in insidiis salutaribus po
situs. temptationib; innumeris expositus.
Goyses tribui gad & filiis eius dat possessionem.
quia uel legis lator: uel scriptura p legis la
torem expressa. scis pdicatoribus. & ex deuo
tis auditoribus. celestis regni designat hereditatem. P cognationes suas. quia qd natum
est ex carne caro est. & qd natum est ex spu
sce est. Cuius hec est diuisio. qa p xpi redemp
tionem. & spem sui illustrationem. uirtutum om
nium & scientiarum fit distributio. Termin
ualles. & omnes ciuitates galaad. dimidi
amq; partem terre filiorum amon. usq; ad
aroer. que est contra rabbam. Valles aduersa
rium dicitur. & p terminum vallis. omnis
diuine consolationis gra exprimitur.
qua pdicatorum uirtus extollitur. sic in ex
positione psalmista loquitur. Adiutorium
nrm in nomine dni. qui fecit celum & ter
ram. Omnes ciuitates galaad. qd accruus
testimonii sonat. omnes scripturas uirtusq;
testamenti designant. que p spm scm haben
tem clauem dauid eas aperuit. de quibus
ad [illegible] pendium pdicationis egrediuntur.
[illegible] P dimidiam partem terre filiorum
[illegible]endii amon. qui ppls mercedis dicit.
& [illegible] adhuc uite labor exprimit.
quo in pdicationis officio desudatur. De quo
labore sponsa in canticis loquitur. du a con
templationis dulcedine se retrahi queritur.
Expoliaui me tunica mea. quom induar illa.
Laui pedes meos. quom inquinabo illos.
Vsq; ad aroer. que est contra rabbam. P aroer
que erigens uigilia dicitur. interne con
templationis uigilantia exprimitur. que
contra rabbam tenditur. quia contemplati
onis diligentia. terrene sollicitudini op
ponitur. Rabba enim multitudo uel gran
dis dicitur. p qua curarum secularium tumul
tus exprimitur. qui quanto grandior efficit.
tanto acies contemplationis reuerberatur.
Vnde psalmista loquitur. In circuitu impii
ambulant. Et de electis qui p dei viam hanc
pretiose circumeuntis euadunt uiam. Absconde
dos eos in abscondito faciei tue a conturba
tione hominum. Vnde recte sequitur. Et ab
esebon usq; ramoth. masphe. & bataniam.
& amanam. usq; ad terminos dabit. Esebon
angulum meroris dicitur. p qua tristicia que
sedm deum est exprimitur. Ab esebon usq; ra
moth pungitur. que excelsum signum. siue
uidens mortem dicitur. p qua mortificatio
carnis. signum uere scientie exprimitur. Qui enim
tristiciam que sedm deum est augmentat exsequitur.
p mortificationem carnis celeste uitam agere in
terris ostenditur. De ramoth. masphe eseen
ditur: que specula dicitur. quia de excelso
contemplationis. ad speculam uere scientie ascen
ditur. De masphe. in bataniam. predicitur.
que domus afflictionis. uel domus obedi
entie interpretatur. quia de specula con
templationis. & interne eruditionis. ad
afflictionem terrene dispensationis. uel ad
uerbum exhortationis. p obedientiam in